UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Iohannis de trittenhem abbatis spanhemensis ordinis sancti benedicti de obseruantia burßfeldensi. liber lugubris. de statu et ruina monastici ordinis

Trithemius, Johannes

[Mainz], [nach 11.IV. 1493]

De celebrando capitulo puinciali. Cap[itulum] viij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31359

Visual Library

ceruice cõtempſerint: durioribus ſunt increpacõnibus fe-
riendi. Si vero nec blanda curauerint nec aſpera: iam
contra eos cenſura ꝓmulgatur eccleſiaſtica. Stulti enim
cohortacõnibus nõ emendantur: ſed elati fiunt. In his
his tamen modus habendus eſt et neceſſaria diſcretio:
ſine quibus nulla vnq̃ȝ mitigatur rebellio. Satius eſt em̃
oues habere debiles q̃ȝ nullas. Sed q̇s tam idoneus: vt
diſcretionẽ vbiqȝ cuſtodiat? Difficile eſt modũ om̃ibus
adhibere factis. Oportet autẽ eũ qui aĩas infirmas cu-
rare vult: et ſeuerũ eſſe et pium: et velut ex vtroqȝ quodã
medio temperatũ: vt nec ſeueritas ſit nimia: nec pietas
remiſſa. Nam alterũ frangit: alterũ reſoluit. Modus au
tem cohercendi rebelles et cõtumaces ille pulcherrimus
eſt: quẽ longa experientia ſeniorꝝ cõmendat.

De celebrando capitulo ꝓuin-ciali. Cap. viij.

Conuenientibus nobis in vnũ (preſtantiſſimi
patres) q̇d celebratio capituli ꝓuincialis re-
quirat ſollerter indagemus. Maxima em̃ vis
ſtabilitatis nr̃e in ipo ponitur: ſi rite celebretur. Nã vni
cum ordinis nr̃i fortaliciũ eſt: ſine quo tota cõfunderet
religio noſtra: ſicut apparet in eis q̇ in multis annis nul
la celebrauerũt capitula. Capitulũ em̃ eſt cõſeruatio ordi
nis: incrementũ diſcipline regularis: adunatio vnitatis.
In eo nãqȝ moribꝫ datur integritas: mentibus augetur
puritas: vite regularis inſtauratur equalitas. Sed ad
illud q̇d requiritur: vt rite celebretur? Audi quid celebra
tio eius ſyncera expoſtulet? Requirit ergo zelum: requi-
rit ſcientiã: requirit pietatẽ. Sine his tribus: nihil valet
celebratio capituli. Nã ſi deſit zelus: q̇s corripiet delin-
quẽtes? Si deſit ſcientia: quẽ fructũ euſelia pariet nimia.
Rurſum ſi deſit pietas: nec zelus amorẽ recipit: nec ſci-
entia diſciplinã. Ad omnia em̃ pietas valet. Zelus acuit.
ſcientia dirigit: fructũ pietatis ꝓducit. Sine zelo ſcien-

tia manet frigida: ſine pietate infructuoſa. Item zelus ſine ſcientia erit nimius et indiſcretus: ſine pietate odioſus. Sed pietas ad om̄ia valet: q̄uis ſine zelo et ſcientia ad animarū regimen nō ſufficiat. Placet em̄ cūctis: ſolis proficit ſemota humilibus. Sūma igitur celebrandi capituli: in diſpenſacōne p̄ſidentiū conſiſtit: que viros zeloſos: doctos: et manſuetos requirit. Nam ſi remiſſi: ſi imperiti: ſi crudeles et impij fuerint: quomodo tūc ad pietatem alios reformabūt. Si is qui ſedet crimina vindicaturus admittit: quos ſui ſimiles emēdabit? Ad vos itaqꝫ patres hec culpa referenda eſt: ſi abbates deformatos et vicioſos ad p̄ſidentiā elegeritis. Maxima igit̄ ſollicitudine curate, vt tales ad p̄ſidendū capitulo deputetis: quos irrep̄henſibilis vita commendet: zelus ſancte religionis exacuet: eruditio ſcientie ſalutaris diſtemperet. Oportet enim preſidentem alioꝝ. virū eſſe moribus integrū: cōuerſatione maturum: zelo feruidum: ſcientia ſcripturarū inſtructum: manſuetudine decorum. Hic talis nobis o patres merito p̄ferendus eſt: cuius vita exemplum: doctrina virtutis p̄beat incrementum. Si tales fuerint p̄ſidentes capituli: ad obedientiā facile reducentur eidem ſubiecti. Erūt enim ad p̄ſidendum idonei: qui verbo poſſint inſtruere dociles: exemplo rudes: auctoritate contumaces. His etenim modis rite celebrabitur capitulum: anime quoqꝫ edificabūtur ſubditoꝝ. Cetera que p̄ſidentes reddant idoneos: hac vice mihi non licet deſcribere: quoniā quales eſſe oporteat: neminē ex eis credo ignorare. Ad vos igitur o patres denuo conuertor: qui pro celebrando capitulo in hunc locum conueniſtis: vos alloquor: vos exhortor: vt intentionem veſtram ad inſtaurationem ordinis dirigatis: et q̄uare ſit inſtitutum capitulum ſollicita mēte cogitetis. Vultis noſſe quare ſint inſtituta capitula? Decreta ſummorum pontificum requirite: et cauſam inſtitucōnis eorum cognoſcetis. Verū ne aut pigricia aut occupatio intellectū huius rei prepediat: cauſam erectionis capituli breuiter

explicabo. Cauſa ergo ꝓuincialis capituli: conſeruatio
eſt regularis inſtituti. Uidentes em̄ romani pontifices et
generaliū conſilioꝝ p̄ſidentes: ordinem noſtrū ſine reme
dio ſpeciali in obſeruantiā nō diu poſſe ſubſiſtere: ꝑ capi
tulū ꝓuinciale ſtatuerūt illi ſuccurrere: in quo ꝑ ſolerciā
p̄ſidentiū om̄es ad regulā inſtituerentur viuere: et nullus
poſſet ab incepta reformacōne deuiare. In caplo enim
abbatū ſunt emendanda vicia: virtutū facienda horta
menta: vt mali inueniāt vnde timeāt: boni audiant vnde
meliores fiant. Idcirco legūtur ad edificationē varia: vt
bonis mentibus ſemꝑ aſſint incrementa. Ibi abbas de
regimine ſuo inſtruit: ibi de periculo cure paſtoralis aui
ſatur: ibi q̇d faciat p̄cipitur: q̇d vitet amore dei ꝓhibet.
Deniq̧ ſic nobis cōuenientibus ad capitulū: multa ꝓue
niunt vtilia: que ſi animaꝝ ſalutē queramus valde ſunt
neceſſaria. Nam vt cetera p̄teream: mutua in charitate
noticia ibidem cōcipitur: que quantū ad amorē regula
ris obſeruantie conducat experientia demonſtratur. Ibi
ex noticia charitas fraterna et cōſeruatur et auget: que
alioquin cito tepeſceret: ſi fomentū agnicōnis mutue nō
haberet. Hic ad vniformitatē facilis patet acceſſus: vbi
moribus honeſtis: ex collatione patrū mutua paratur
incendiū: ex cōuictu ſanctitatis prebetur exemplū. Hee
ſunt caſtra dei o patres ordiniſq̧ nr̄i ꝓpugnacula: qui
bus omnia aduerſarioꝝ nr̄oꝝ ad nihilū redigant inge
nia. Sed nō omniū vna ſinceritas: nec morū in vobis
apparet equalitas. Unde potuit in vno ordine tanta ob
oriri morū diſparitas: vbi capitularis aſpicitur vnitas?
Quis diuiſit inter vos et regulā ſancti benedicti: o pa
tres cōcreto crine comati? Cur ad vniformitatē nō aſpi
citis: qui vnitatis conuentū celebratis? Si ordinē ſan
ctū quē ꝓfitemini diligitis: cur vniformitatē in illo non
amatis? Quid vobis criniti capitis vmbra? Quem fert
putatis ornatū cirroſi verticis culmen? Credite mihi pa
tres: dedecus nō honor cenſetur monacho crinibus ob
ducta facies. O ꝗ̄ pulchra foret iſta cōuentio: ſi in vnā

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

regularis obſeruantie diſciplinā vt debuerat conueniret.
Quid dicā? Laudo conuentū: ſed deformitatē in ſuis
rephendo. Nam ꝓpter cōfuſionē ordinis: pſentia vileſcit
vnitatis. Exterior habitus indicat: ꝙ vitā multoꝝ inte-
rior amictus rephendat. Vere patres offendit nō medio
criter ꝓuinciale capitulū morū habituumq; iſta diſpari-
tas: qḋ ob eam cauſam noſcitur inſtitutū: vt pre oīmibꝫ
vite ſeruaretur equalitas. Exterior eīm diſcordia: interio
ris diſcordie indiciū eſt. Vt ergo in obſeruantia regula-
ris diſcipline ſimus vnanimes: ſtudeamus habitu et ton
ſura in primis eſſe conformes.

Quā neceſſaria foret diligens reformatio monaſterioꝝ in noſtra prouincia. Cap. ix.

Vam neceſſaria ſit diligens reformatio mo-
naſterioꝝ in noſtra prouincia voſipſi o patres
cognoſcitis: qui ſtatū monachorū hui⁹ tem-
poris nō ignoratis. Notū vobis noui: quan
tis laboribus: expenſis et ſudoribus patres ordinē nr̄m
olim reformarint: de quibus monimenta et pauca et de-
bilia noſtra etate inuenimus. Inter oīes autē reforma
cōnes ordinis noſtri in nr̄a ꝓuīcia tres pre ceteris no-
uiſſime claruerūt: videlicet caſtellenſis a caſtello. mellicen
ſis a mellico: burſfeldenſis a burſfeldia ſortita nomen:
que omnes ſicut in principio feruebāt: ita paulatim te-
peſcentes fini appropinquāt. Nam prime due quaſi cō-
fecte ſenio in paruū numerū contracte ſunt: vltima vero
que et poſterior eſt: q2 adhuc iunior: etiā videtur eſſe cō-
ſtantior. Que et ipſa nihilominus iam in quibuſdā mē-
bris ſuis videtur tepeſcere: et ad laxitatē vite prioris rur
ſum declinare. Sic olim reformatio cluniacenſis toto no
ta in orbe: dum in longū latūq; ſe tranſtulit: quaſi viri-
bus ex dilatacōne amiſſis paulatim defecit. Prouerbio
nāq; dicitur. Omne qḋ veteraſcit: prope interitū eſt. Re-
formatio eīm quātumcūq; celebris vel ſancta fuerit: niſi